SUMMA ANIMADVERSIONUM QUAS FECIT DOCT. A. PROF. MASSALONGO IN…

Abramo Bartolomeo Massalongo, …

SUMMA
ANIMADVERSIONUM QUAS FECIT

DOCT. A. PROF. MASSALONGO

IN DUOS POSTREMOS FASCICULOS

LICHENUM HELVETICORUM

EDITOS

A

L. E. SCHAERER

A. 1852

(Lich. hel. Exsic. Fasc. XXV-XXVI)

VERONAE
TYPIS ANTONELLIANIS
1853

PRAEMONENDA

Alibi ostendam latius rationes, quibus impulsus in medium protuli sequentes summarias animadversiones de Lichenibus a Schaererio editis, in hisce duobus postremis fasciculis. – Nunc autem sufficiat cognoscere consectaria obtenta ab examine microscopico, in exemplaribus quae apud me reperiuntur.

SCHAERER

LICHENES HELVETICI EXSICCATI

FASC. XXV-XXVI.

Exs 601. Usnea barbata γ longissima Schaer. Enum. pag. 3-4.

Obser. Est varietas nullius momenti. Caret apothecus.

602. Rocella tinctoria DC. Schaer. Enum. pag. 7.

Obser. Est genuina species. Caret apotheciis.

603. Ramalina scopulorum v. humilis Schaer. (Ined.)

Obser. Formosissima ac distincta varietas.

604. Cetraria Bavarica Kremphb. in Fl. Reg. 1851.

Obser. Exemplar sterile ac informe Species mihi suspecta.

605. Cetraria Laureri Kremphb. in Fl. Reg. 1851.

Obser. Exemplar sterile Species mihi dubia, et forte a *Cetraria glauca* juveni non diversa?

Exs. 606. Umbilicaria vellea β depressa α papyria Schaer. Enum. pag. 24.

Obser. Sterilis. Meo judicio potius varietas *Umbilicariae anthracinae ?*

607. Parmelia obscura ξ virella Schaer. Enum. pag. 36.

Obser. E tribus speciminibus, medium tantum est varietas *Parmeliae obscurae :* caeteri (sinist. et dext.) ad *Hageniam tenellam* DNtrs. spectant !!

608. Parmelia obscura ο caesiella Schaer. Enum. pag. 38.

Obser. A mea *Rinodina controversa* Ricerch. pag. 46 fig. 23 non dissimilis.

609. Parmelia obscura v. nigricans Fries. (Schaer. Enum. pag. 37 (adglutinata).)

Obser. A numero 607 non diversa varietas!!

610. Parmelia astroidea v. carieae Schaer. Enum. pag. 40.

Obser. Absque dubio est varietas aut potius status *Parmeliae stellaris !*

611. Parmelia pulchella *a* caesia v. acrustacea Schaer. (ined.)

Obser. *Placodii albescentis* var. acrustacea absque dubio! — *Parmelia Pulchella* (Hagenia Massal.) profert sporidia fusca bilocularia, *Placodium albescens* var. acrustaceum, diaphana, nucleis carentia

Exs. 612. Parmelia quercifolia γ revoluta Schaer. Enum. pag. 41.

Obser. Forma nullius momenti vulgatissimae *Parmeliae tiliaceae* convenit omnino cum n.° 45 Flörk Deut. Fl. —

613. Lecanora cervina γ percaena Schaer. Enum. 56.

Obser. Est forma *Acarosporae cervinae β castaneae* Massal Ricerch pag. 28

614. Lecanora Reuteri Schaer. Enum. pag. 59.

Obser. Lecanora (Placodium) *Reuteri*, est formosissima ac distinctissima species, a *Parmelia murali* diversissima.

615. Lecanora flava α oxytona *b* soluta Schaer. Enum. pag. 65.

Obser. Est status *Lecanorae citrinae Ach.* (Callopism citrin. Massal !)

616. Lecanora muralis δ albescens *b* galactina Enum. pag. 66-67.

Obser Idem est ac *Placodium albescens* Massal Ricerch. pag. 25 fig. 39 !

617. Lecanora Agardhiana Ach. (Schaer. Enum. pag. 76.)

Obser A *Pyrenodesmia Agardhiana* Massal Ricerch pag 28 -- Monogr. dei lich Blast. fig.31, non diversa !

Exs. 618. Lecanora pallida *a* albella saxicola Schaer. (ined.)

Obser. Est pulchra ac distincta varietas *Lecanorae pallidae*, multis de causis dissimilis a *Lecanora pallescente* a me descripta in meis *Ricerche sull' autonomia* etc. pag. 8, fig. 11, in qua nunc constituo navam varietatem *Lecanorae pallidae*, quum navissem ejus diversitatem a *Lecanora pallescente* genuina Friesii (Ochrolechia Massal.) lich. Svec. n.° 403, quae circumscribenda est sequenti ratione *Lecanora pallida* v. *trachitica* Massal. (Syn. Lecanora pallescens Massal (non Fries) Ricerch. pag. 8 fig. 11. —

619. Lecanora varia λ atro-cinerea Schaer. Enum. pag. 324.

Obser. Est distincta ac formosa var. *Lecanorae variae !*

620. Urceolaria cinerea β alba *c* dedalaea Schaer. Enum. pag. 86.

Obser. A mea *Aspicilia Polygonia γ pantherina* (Massal. Ricerch. pag. 37 fig. 64) non diversa !!

621. Lecidea tabacina Schaer. Enum. pag. 100.

Obser. Una eademque cum specie a me descripta sub nomine *Psorae tabacinae* in meis *Ricerche sull' autonomia* etc pag. 94 fig. 187. —

622. Lecidea Bayrhofferi Schaer. Enum. pag. 324.

Obser. Apothecia meae *Buelliae saxorum*, in thallo *Parmeliae stygiae* aut *dendriticae*, parasitica !!

Exs. 623. Lecidea geographica β atrovirens Schaer. Enum. pag. 106.

624. Lecidea geographica γ pulverulenta Schaer. Enum. pag. 106.

Obser. Tum haec cum praecedens *Rhizocarpi geographici* pauperrimae varietates

625. Lecidea fumosa δ grisella Flk. (Schaer Enum. pag. 110.

Obser. A mea *Psora fumosa δ grisella* Ricerch pag 94 fig. 493 vix diversa

626. Lecidea lygea Ach. Schaer. Enum. pag. 117.

Obser. Cum mea *Biatora lygea* Ricerch pag 126 fig. 247 identica!

627. Lecidea amylacea Schaer. – (Lecidea albo-atra β corticola Schaer. Enum. pag. 122.)

Obser. Cum n° 445 lich. helvet. identica species

628. Lecidea immersa γ atro-sanguinea Fk. (Schaer. Enum. pag. 127.)

Obser. Est varietas *Lecideae platycarpae* vix a nostra *Lecidea platycarpa v. apyospora* Ricerch. pag 68 fig 126, diversa. Cum *Biatorella immersa v. atro-sanguinea* Massal Ricerch pag 132 fig 259 nihil prorsus commune habet ..!

629. Lecidea affinis Schaer. Enum. pag. 132.

Obser Species absque dubio ad genus *Megalospora*

Mey et Fw. (Emend. Massal.) referenda, et a *Lecidea sanguinaria* nonnisi absentia strati sanguinei diversa

Exs. 630. Lecidea Heerii Hepp. herb. (ined?)

Obser. species parasitica in thallo demortuo *Peltigerae caninae*, et a meo *Lecidea thallicola* Ricerch pag 78 fig. 157, propter formam apotheciorum ac sporidiorum, satis diversa.

631. Lecidea ferruginea γ festiva α muscicola Schaer. Enum. pag. 144.

Obser. Est varietas muscicola *Lecideae ferrugineae* genuinae!, a *Blastenia festiva* Massal. diversissima!

632. Lecidea erythrocarpia α arenaria Schaer. Enum. pag. 145.

Obser Est genuina meo *Blastenia arenaria* Synops. lich. Blast. pag. 15. —

633. Opegrapha atra μ dispersa Schaer. Enum. pag. 154.

Obser. Admodum dissimilis hujusmodi species est a licheae a me descripto nomine *Arthoniae dispersae* Duf (Ricerch pag 51 fig 95) cuique Schaererius ipse nomen imposuit. In ipso nunc instituo novam speciem sequenti modo: *Arthonia cytisi* Massal (Arthonia dispersa Massal (non Duf) Ricerch pag 51 fig 95.

634. Opegrapha atra λ radiata Schaer. Enum. pag. 155.

Obser. Et haec species valde differt a meo *Coniocarpo radiato* Ricerch. pag. 47 fig. 84, ab ipso Schaerero ut *Opegrapham atram* λ *radiatam* nominatum. Remanebit tamen meum *Coniocarpon radiatum* bona species, exclusis synonimis.

Exs. 635. Calicium corinellum Ach. – Schaer. Enum. pag. 166.

Obser. Sporidia profert simillima *Calicii quercini* Ach. (Flörk. Deut. Fl. n.° 66)

636. Calicium albo-atrum Flörk. – Schaer. Enum. pag. 170.

Obser. Spectat ad genus *Cyphelium*. A n.° 26 Flörk. Deut. Fl. non diversum !

637. Calicium phaeocephalum β chlorellum Schaer. Enum. pag. 171.

Obser. Spectat ad genus *Cyphelium*. Est varietas nova (Cyphelium Chlorellum v. microsporum Massal.) *Calicii chlorelli* Ach. (Flörk. Deut. Fl. n. 65). —

638. Calicium melanophaeum β ferrugineum Schaer. Enum. pag. 172.

Obser. Spectat hic numerus ad genus *Cyphelium* ut jam constitutum fuit a Fr. *Notarisio*, et est absque dubio varietas *Calicii* (Cyphelii) *melanophaei* !!

639. Coniocibe furfuracea ɜ sulphurella Schaer. Enum. pag. 175.

Obser. Ignoro conveniat nec ne cum n.° 103 Flörk. D. Fl.

Exs. 640. Cladonia fimbriata β ochrochlora Schaer. Enum. pag. 191.

Obser. Convenit omnino cum n.° 138 Flörk D Fl.

641. Cladonia gracilis β turbinata v. squamulosa Schaer. (ined.)

Obser A varietate *turbinata* Cladaniae gracilis (Schaer. Enum. pag 196) vix diversa.

642. Pyrenula olivacea Schaer. Enum pag. 642.

Obser Meae *Arthopyreniae olivaceae* Ricerch. pag 165 fig 327 identica!

643. Verrucaria caerulea β fusca Schaer. Enum. pag 216.

Obser. Potius quam varietas, videtur species distineta. (?)

644. Varrucaria epidermidis v. cerasi Ach. (Schaer. Enum. pag. 220).

Obser. Cum. *Arthopyrenia cerasi* Massal. Ricerch. pag 107 fig. 322 identica

645. Verrucaria carpinea β fraxinea Schaer. Enum. pag. 221.

Obser. Est varietas (aenea) *Verrucariae punctiformis* Auct. (Arthapyrenia Massal.). *Verrucaria carpinea* spectat ad genus *Sagedia* ut jam ipse canstitui (Ricerch. pag. 159)

646. Endocarpon Moulinsii Montagn? Schaer. Enum. pag 233.

Obser. Hic numerus nil distat a specie, quam ego descripsi hac namine (Ricerch. pag. 186)

Exs. 647. Endocarpon cinereum Pers. Schaer. Enum. pag. 235.

Obser. Sicut in priori. — (Massal. Ricerch. pag. 185 fig. 378 !)

648. Pertusaria rupestris v. pertusa Schaer. Enum. pag. 277. –

Obser. Ob formam sporidiorum videtur satis conspicua varietas.

649. Coniocarpon gregarium β obscurum Schaer. (ined.)

Obser. Formosissima varietas, apotheciis obscurioribus.

650. Collema palmatum Ach. Schaer. pag. 324.

Obser. Videtur genuina species. —

Veronae Kalen. Martii 1853.